

Angust. peccatis redduntur alba. Hinc Augustin. de Tempor. serm. 189. legit: Quare candida sunt vestimenta? Qui interrogant, dicunt: Quare rubrum est vestimentum tuum? Quo pacto, si rubrum candidum? A sanguine. Si induimur gratia, perficit mutationem penitentia: quandoquidem ex mortificatione meditata corporis, candor vestis. Mutandus est color, ut appareat virtus penitentia, corporis ex dolore maceratione: igitur si corda peccato prae cocco nigriora sunt, artificio penitentia dealbabitur tanquam nix.

10 Accedamus cominus instituto, Christus Dominus plagas tulit, cum quibus & mortem pertulit: & inquitur Quis est iste? Nil mirum. Vident in gloria, cuius etiam torquebantur vulnera; ut coram oculis sint effectus peccati, & opera mirifica penitentia: equidem visus facta satisfactione gloriosus, qui in cruce animam agebat tot vulneribus plagatus. Stupentes ad mutationem clamant, quasi resurgentem non agnoscant. Dialecto nostra: La mudanza de vida bizo tanta novedad, por ser una admiracion: igitur percipit novitate peccus ex tanta plaga gloriosus. Haud facile cognoscitur, qui ita mutatur; quippe non cogitur visibile quod videtur. Mutamus personam (inquit Senec. Epist. 120.) & contrariam ei sumimus, quam exuimus. De aliquo, quem vidisti heri, merito dici potest: Hic quis est? Tanta mutatio est. Vides peccati reparabile damnum. Peccator fuit, penitens est. Quis hic est? Mutatio tanta fit à penitentia, quod ignoratur persona. Audi Plautum in Milit. Act. 2. scen. 6. v. 51. Et si ea est, non est ea. Quomodo? Penitentia ingenio: equidem ut clareat opus qui penitet non alter, sed idem alius.

11 Vetus homo noster, ait Paulus, cum Christo fixus est cruci, ut iugo nunquam serviamus peccati; resurgente in gloriam Salvatore, ut à peccatis surgamus, & ita nos in novitate vita ambulamus. Cur igitur, dum hominum sepulchrum gravissimum crimen, non dicit in nobis novam vitam, fed vitæ tantummodo novitatem? Nova vita debet dici à penitentia, & quia vita gloriosa, & quia à statu pristino prorsus alia; quare enim non vita nova, sed vitæ novitas, dum expulsa à penitudine iniquitas? Non mirabilis homo novus multiformis: qui idem non idem, mirabilis. Alium esse sub alia vita, non novum; quia alia vita

format alium. Vita profecto novitas est operationum diversitas; ut Dei iudicium inveniat toto corde penitentem, quem in penam quæretur peccatorem: & non novam vitam dicit Paulus, sed novitatem vitæ; ut emineant in amplexum miracula penitentia: igitur dum eandem ipsum peccatorem iustitia in vindictam quærit, artificio penitentia idem & alius occurrit. Nova vita à iustitia non queritur: de actus peccatoris in peccatorem inquiritur: pratermittiturque reus, vindexque simul suspenditur gladius; quin habeat quem cadat, dum vindicta in peccatorem fumat: quandoquidem molimine penitentia, idem & alius ex novitate vitæ. Merito dici potest: Quisnam hic? Tanta mutatio. Idem profecto vitæ entitate, ceterum alius mutatione vitæ. Sunt enim in penitente (illo alio) aliqua in iustitiam signa non alius, sed illius; est ipse alius: nimirum, pena temporalis, remissa per gratiam culpæ & penæ aternæ; unde & labores & dolores, ex defectu penitentis, quia non completæ penitentia actiones: verum si dolor summus, amor vehemens & utriusque testes lachrymæ; per primum actum singularis penitentia, simul cum culpa remittitur tota penæ.

12 Ita Magdalene copiose plorantem dicitur: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum: subditque, Vade in pace. Plurimum peccata remittit Dominus, signata in corporis infirmitatibus; ut astruit Augustin. de Vera & falsa penitent. cap. 9. Leproso dicebat: Vade. Marc. 1. 44. Luc. 5. 14. Cæco, Vade: Adulteræ, Vade, & iam amplius noli peccare: Ioann. 8. 11-9.7. Cur igitur Magdalene dicit meditante: Vade in pace? In pace abibant alij. Nullo modo, tamen si liberi à peccatis abibant: Vadit qui liber, sed non liber omnino; quia licet dimissa culpa, adhuc restat satisfactio. Omnino libertas, dum utriusque reatum sepelit charitas, dolor cordis & contritio ab idibus penitudinis, quæ extrahunt penitentis causam extra divinam iustitiam, à qua peccatum queritur; neque ad penam invenitur. Qui nihil criminis vel ex crimine habet, in pace sunt ea quæ possidet: diciturque Magdalene & Vade & etiam In pace; quoniam per penitentia plenissima gratiam, remissa cuncta peccata tam quoad culpam, quam quoad penam. Haurite ergo fluentia hæc cuncta felicitatis ex fontibus Salvatoris. In mul-

Angust. 11a. 63. 2.

Artificium penitentia.

Senec.

Quomodo penitens idem & alius.

Plaut.

Rom. 6. 4.

Summitas penitentia, quod alius ipse.

Luc. 7. 47. 50.

Ex penitentia plena gratia.

Senec. 2. Car. 5. 10. Virgih. mulsis offendimus, sed surgamus, qui in virtute infantes sumus. Sic infans, qui stare meditatur (inquit Stoicus, Epist. 121.) & ferre se affuecit; simul tentare vires suas cepit, cadit: & cum fetu toties resurgit, donec se per dolorem, ad id quod natura poscit, exercuit. Lachrymis ergo surgendum post lapsum; ac per dolorem, ut dolor habeat, descendendum. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: qui quidem in penitentiam tempus indulget, ut minus inveniat quod emendet. Si ad illum non confugimus, nunquam fugimus. Fugiamus ad medicum, in quo salus. O mi lesu dulcissime! Quid absconditum victoribus, — Si tanta sunt premia victis, Et te lapsum miseret?

DIDASCALIA V.

Veritas opportuna minus ingrata.

Magna occurrunt & in magna ex textu Tautologia, in studium optabile veritatis proferenda: quod quidem quantumvis iustum, plerumque periculosum. Cuncta ad modum recipientis recipiuntur, nec facile ipsi prudentia reperire modum: igitur modus lingue non est in audientis aures, qui iudicat dicta nullo modo præter dicta, sed præter concepta. Malevolus semper sua natura vescitur. Grave crimen, etiam quum dictum est leviter, nocet.

Inquit in Mimis, Publ. Syr. à v. 123. Vel obiectum sine sale, refertum censeatur pipere: etenim animus vulneri faucibus, quæ ex summa gratia & sape in obsequium; accipit in crudam exacerbationem vulnerum: secumque cogit verba non verba, sed iacula, propter interiora vulnera: quandoquidem sine vulneri, quod intime pupugit, usque in cœlum tolleret. Speculum à Phryne fractum, quia iam auri ostendit pulchritudinis defectum. Quid faceret, si haberet vocem; dum ita comminuit iudicem; luxta affectus temperiem veritas medicamentum virus: in virus veritatis medicamentum male affectus: igitur desipit, quod sapit, commovetque bilem stomachi, quasi acerbum, dulcius melle. Toxicæ ab hac carpit sublimis aranea flores,

A vulneribus cordis, odium veritatis.

Et à commotione audientis.

Dulcia quo parva mella parantur apes. Boiss. Canit Iacob. Boillard. Emblem. 15. Quæ dulcicia amara, dum tabescunt viscera: patetque affectus pravus in veritatis tudium, ex corruptione & putrefactione viscerum.

2 Veritas in specie spina præluet: inquit Philo Biblius in Antiq. Per propria similitudo; unde plerumque veritas habetur odio. Ut lux micat, ut spina lacerat: & quod fovet vomica patre peccatus, vel à luce veritatis formidat vulnus. Veritatis hieroglyphicum designatur speculum, quia nescit dolos; uti astruunt Piccinell. lib. 15. Mund. symbol. n. 177. & Orho Vanius, Emblem. Amor. 4. Quomodo nihil fallacius, diximus, Tautolog. præc. D. 2. n. 10. & adhuc Tautolog. 10. D. 1. à n. 2. Speculum aptius arbitrator mentem, ad veritatis susceptionem, vel repulsam veritatis, ex iudicio vulneratæ mentis. Speculum quicquid obiectum clarissime ostendit: ut vivat, tantummodo voce caret: at obijcit inversa cuncta, estò veritas sit clara; quo notatur audientis mens amica, aut male affecta: vel potius cor sanum vel ulcerosum, formidans cognosci ex vulneris indice: equidem iuxta affectum recte accipit verbum, quantumvis sine ille dictum; & iuxta fastidium, adinstit speculi, quicquid dextrum interpretatur sinistra. Refert speculum per insitam claritatem, turpitudinis vel venustatis speciem: & quæ luce perspicuitas est clara fallitas; igitur dum animus videre satagit corpus entitatis, occurrit tantum species; ex qua maior dolus, ut claritate decipiatur animus, quandoquidem magis læret artificium deceptionis, quoniam specie decipitur veritatis. Vernacule: Engaña con la verdad, sin que se discorra accion, que no la ponga al revés. Voce caret speculum in iudicem; sed mens quæ saucia speculum facit vocem, ut intelligat de cordis vulneri, quicquid percipitur aures: igitur quod versatur occulte in abdito pectoris; sibi videtur videre, & clare in speculo vocis. Non vocis est hoc vitium, sed conscientia telum, interna signantis vulnera, bile ex vulneribus commotà: igitur cum peccus pondere graveat, verba censet vulnerare, est non vulnerent; quoniam obijci præsumit quæque geruntur in animo, etiam ex vaga voce quasi in speculo. Hinc speculum invitat ad dolum, dum lafam invenit animum. In speculo vocis veritas apparet cla-

Philo Bibl.

Veritas censetur spina.

Cur similis & dissimilis speculo.

Maior dolum deceptionis sub specie veritatis.

Præsumit non vulnerant à veritate, sed à cognitione.

claras; sed falsa, quoniam inverfa: quando-
quidem cogitatio torquet ut fulmen triful-
cum, vocem prolatam in blandimen &
obsequium.

Tacitū sudant prae cordia culpa.

Iuvenal. *Tunc venit contra: digito compeſce
labellum.*

Accuſator erit qui verbum dixerit.
Hic St.

3 Nonnunquam imminet discrimen
in prolotione veritatis: equidem illa non
iuxta placita cordis: ſapeque qui ex illa
querit conſilium, velle iuxta cordis vo-
tum. Unde Agathon apud Athenaeum *lib. 5.
cap. 12.* dicit: *Si vera dixerō, non placebo:
ſi voluptati dixerō, vera non dico.* Utrum-
que extremum & urinde malum. Sic Eu-
ripid. in *Phoeniſſ.* v. 962.

Euripid. *Si forte dixerit inimica, acerbus eſt.
Dicens falſa, violat Deorum iura.*

Sanè tentatio eſt, qua vel prudentiſſimi
mutat circumventum cor; quandoquidem
contra ſenſum vel placidam falſitas, vel
prodenda veritas. Neceſſitate laborabat
turba ſequens Chriſtum, propter quem
oblita corporis alimentum: illeque uti
miſericors voluit alere, quam nutritur
ſermons; quare dixit ad Philippum:
Unde ememus panes, ut manducent hi?
Neceſſitas proculdubio ſublevanda, ne
pereat tanta multitudinis vita, quae inter
angustias temporis arte prætingitur.
Modus difficilis: quid tibi videtur? Dif-
ficilis proſectio articulus, pungens con-
ſiliarij peſtus: equidem urgetur, quod
ſententiam proferat, ignoraans an pla-
ceat, vel an diſpliceat. *Hoc autem dice-
bat* (Salvator, ſubdit Ioannes) *tentans
eam: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus,*
Hocine exponitur Regibus ac Prin-
cipibus exemplum, ut explorent inten-
tiones Conſiliariorum: igitur in ſubdito-
rum neceſſitate, ſcientes proſectio quid
facturi, miniſtros interrogant; non ut
facienda diſcant, ſed ut miniſtrorum men-
tem propoſitione cognoscant: equidem
tunc exprimunt in conſilio prudentem
aut pravam animum, quum quid à Prin-
cipe ignorant faciendum vel non facien-
dum. *Unde?* De re non dubitat, ſed mo-
dum auxilij in ſubſidium quaerit, & quo
modo praefert ſubveniendum conſulit:
igitur indubitanter ſcietur ex conſilij ac
ſententij quas proponerent, quomodo
erga commoda ſubditorum ſtuderent.
Unde agitur, dicendum à conſulente, &
ut dicit Glorioſ. Benedic. *Regul. Sancti.*
cap. 3. non unde angitur. Multociens, quia

inconſultum, quod factum claret teme-
ritate delirium; equidem angor oriſur ex
praecipiti aſtione, quam Princeps conſi-
lij ſolicitat deaurare: ac cum conſulti non
debeat quod factum, ſed quid facien-
dum; de facto conſilium ſuffragantem eſt
omnino ſuſpicioſum: igitur non unde agi-
tur, ſed cordis proponitur angor, ut ſu-
fragijs ſaltem auctoretur error. En conſi-
liorum periculum: equidem ſi quod diſpli-
cet placet, vulneratur ratio: ſi aſeritur diſ-
plicere, exponitur veritas indignationis
periculo.

4 Hinc dicitur: *Tentans eum.* Quod
in Chriſto myſterium; conſulto in ta-
ta neceſſitate miniſtro; erga miniſtros
Regis urgentiſſima tentatio: quando-
quidem premente anguſtia, conſilium de
neceſſitate ſublevanda, magnum diſcri-
men; petente Principe reſolutionem, mi-
niſtrorum ſacie ad faciem. Quod in Phi-
lippo probatio bonae ſanè voluntatis, in
aure miniſtris tentationis eſt ſomes; igi-
tur Principe coram conſulente de extre-
ma pauperum ſubditorum neceſſitate;
excedit graviſſimam articulus tentatio-
nem, occaſio dicendi, aut celandi veri-
tatem. In tentatione morali unum ex
extremis malum: in politica, periculoſum
utrumque proſectio extremum: igitur ali-
quibus Principibus placet; veritatem
audire; aliquibus verò veritatem obſcu-
rari. Aliquibus diſplicet, deaurare em-
bolia veritatis ſpecie; & etiam aliquibus
veritatem videre ſine velamine. Nonnulli
conſiliarij aures Principis veritate de-
fraudent: alij fatigant. Defraudant in
conſulente blandimen, atque ſubdito-
rum perditionem: equidem dolciſter emo-
ratur regnum, atque prudentiae deturba-
tum ædificium; ubi quae amaritudo, ſe-
det in aere dulcedo. Cerumen auris, ſeu
Marmorata (Hiſpanice: *Cera del oido*)
quae auri adhæreſcit; amarorem ſuapte
naturæ habitum, ſi mutaverit; pericu-
lum grave portendit. Unde Galtruchius
in *Phyſic. part. 1. p. 3. tract. 3. diſput. 3.
cap. 4* ſubdit: *Per aures diſſiſuit, ibi-
que condenſatur: nec ſine magno diſ-
crimine ſubire poſteſt inſignem aliquam
mutationem; ſiquidem apud Hippocra-
tem, natus illius amaror converſus in
dulcedinem, ominatur ingens exitium.*
Plus damni in corpore politico, quam
in corpore, mutat à ceruminis qualitate.
A veritate inſiuit per ſynedros in aurem
Principis certum quid amaroris, in ſi-
gnum eius, Reipublicæque ſalutis: equi-
dem

Unde illo-
rum & ve-
ritatis petri-
culum?

Quando co-
ſilium ten-
tatio?

In conſilij
blandimen-
ad deſtru-
ctionem.

Quid ceru-
men & eum
qualitatem?

dem eſt amareſcat, valetudinem roborat,
oſtenſis vulneribus, ut apponatur phar-
macum; & ne confidentia, vel fide ſalu-
tis corpus patiar exitium. Eſt in verita-
te amaror, dum exponitur error ut error;
quoniam ſtat dulcedo ſalutis Reipublicæ
in veritatis appetibili amarore. Eſt cor-
poris infirmitas, ubi veritatis in aere
Principis mutatur qualitas; ita ut ſca-
teat vermibus totum Reipublicæ corpus,
& non cognoscatur internum viſcerum
vulnus, vel reputetur ut ſalus. Fit in au-
re aſſentatio, quæ debebat adhæreſcere ut
nudæ veritatis amaritudo: patiturque
Princeps ac Reſpublica exitialem impere
calamitatem, quia veritatis acor conver-
ſus eſt in dulcedinem.

5 Ex vulnere adorationis vituli pu-
truerunt viſcera Iſraël tendentis in exitium,
contracta (ut illis videbatur) in-
firmitate per iocum. Pleſti congruit, ſeu
irè obviam tante lui, ne totum corpus
ſubiaceret peſti; & *cecidit in die illa
quasi viginti tria millia hominum.* Iu-
ſtum igitur, quod ſoventes ſcandalum,
haudquaquam furgant, ſed cadant. Un-
de ergo tanta clades? Ex defectu amaro-
ris, ut per dulcedinem, vehementiorem
paterentur acerbitatem. *Haſto in aqua
vituli pulvere, aurea adorantium labia
apparuiſſe:* inquit Abulenſ. hic, Rupert.
lib. 4. in Exod. cap. 27. alijque quos
retulimus *Didascal. 3. n. 8.* Hocine por-
tento claruit effectus vorati erroris, &
repulſa veritatis; equidem cum hæc in-
dicet uti ignominiam, quod error habet
ut gloriam; mutat veritatis qualitate,
& depulſa illius dulciſſimæ amaritudine;
non ſolum in grave exitium gloriantes
pepulit, ſed uſque in mortem blanditos
praecipitavit: igitur eò pervenit impu-
dentiſſima audacia, ut deaurarent etiam
crimina.

6 Inſtemus argumento. Veritas in
conſilio, eſt amara (ut ſit vulneri vel
quærat medicina) exponit vulnus Rei-
publicæ ut vulnus. Adulatio vulnus ex-
pandit ut decus, non vitium ut vitium;
quod prætermittit Princeps lætatus reme-
dium. In aere ſeder veritatis cerumen,
ſed mutatum in dulcedinem, cuius ſpe-
cie, deaurato velamine, concidunt ci-
vies, & ſplendor Reipublicæ: quando-
quidem haud tor perirent, nec iugulati
caderent; ni quod cunctis conſtabat hor-
ribile facriligium, in labijs illorum ruti-
laret tanquam aurum. *Quæ aurea aurea
dicuntur ſablata à Nabuzardan, Siccine*
Tom. V.

manera offerenda Principi, requiſita re-
ſtate: equidem non ſolum dolus, ſed in
Principis exitium, ſtudio conſultorum
deaurare turpe mendacium. Si quæ non
aurea, ut aurea proponuntur, Princeps
decipitur tendens ſidenter in conſuſionis
avernum; quippe theſaurum dives præco-
gitat, ubi tantummodò dolus latitat: co-
gnoscitque expeditione per exitum, non
omne fulgidum eſſe utiliter aurum: igi-
tur mutato acore veritatis in blandimen
auris Principis; quod aurum nequaquam
aurum, quoniam aurum duntaxat in la-
bijs adulatorum. Adoratio vituli error
erat, crimen erat. Sic diſtibat veritas,
& acrimonia in aere; ne dolo decepti
propellerentur in necem. Adulatio in-
tendebat, eſti error agnoſceretur, ne pa-
teſceret ut error, neque vitium uti vi-
tium; ſplendore ſuperinducto laborum.
Texebatur contentio inter criminis veri-
tatem, atque linguæ aſſentationem. A ve-
ritate amaritudo in aere ingerebatur,
ut crimen tanquam crimen cognoscere-
tur. Ab aſſentatione ſtudioſe diſponitur,
quomodo deaurandus eſt error, & ve-
ricitatis acerbiſſima amarities quamprimum
exulet à concavitate auris. Quid ex
pugna? Blandiminiſ obſequioſi victoria,
ſed obedientium indeclinabilis ruina:
equidem viginti tria millia virorum
morte, univerſo claruit Iſraël; quanti
conſtaret, deaurare errorem, ac colora-
re crimen. Alta alibi. Non hæc aurea
aurea in conſiliarijs, ſed duntaxat arti-
fices parietum lignorumque. Peſſimi con-
ſiliarij, qui officio artifices, ni in utili-
tatem Principis artifices veritatis. Au-
rum non deauratur, quod ſicut veritas,
cui inſt ingenta fulgens claritas: deau-
rantur, quia ſine artificio ſæda, tam pa-
rietes, quam ligna. Fulgor veritatis eſt
auris amaritudo & in prudentiam direc-
tio. Deauratio blandiminiſ, ſpecie dul-
cedinis à miniſtrorum labijs, quæ cavere
Princeps debet, ubi aliquid ab eis, pro-
cul acore veritatis, audit: igitur quum
aliquid fulſerit deauratum, planè mini-
ſtrorum artificioſum; à quo decet fugere,
quippe ſine utilitate: quandoquidem tunc
praſtantius fulgens conſilium, tanquam
conſilia lignorum.

7 Vidimus qui Principes à verita-
te defraudant. Sunt etiam qui impruden-
ter fatigant, vel impuſſenter vexant, larvæ
veritatis ac libertatis ingenue, conſulen-
tes duntaxat proccacitati: qui quidem
emunt interdum pretio ſanguinis huius

Certamen ve-
ritatis &
adulationis.

Paral. 1. 1. 1.

Conſilium ma-
lum, ubi in-
ſententia ar-
tificioſum.

Quibus non
veritatis di-
lectio, ſed
iactantia?

Hhh mo.

4. Reg. 15, 15.

modi crepitaculum honoris, amissā impudenter vitā, & non acquisitā fama. Latitatio est, non veritatis dilectio. Sed quid opus teneas mordaci radere vero Auricular? .: . Quærisne unde hæc sartago loquenti Veneris in linguas? Unde istud dedecus, in quo Troilus exultat tibi per subsella levis? Nime pudet capiti non posse pericula cano

Pellere?
Liberius igitur corrigere haud servit emendationi; quia non errantī admonitio sed offensio: minimèque tutum contumaciū loqui, si aures superba & offensionī pronæ: igitur vel projecta patientiæ non est obsequium, crebra verberatio aurium. Semel sat in correctionem: nec sæpe sat, si non semel. *Quædam* (dicit M. Senec. *Controvers. 2.*) *fatius est causa detrimendo tacere, quam verecundiæ dicere.* Nonnullique ita imprudentes, faxæque frontis, fresti temere dignitate veritatis, ut non admoneant, sed carpant; potius quàm in erroris correctionem, intendentes confundere errantis faciem. Quisquis fuerit laborans huiusmodi delirio, *Hic erit serus homo.* Si in cunctos invehitur sic, profecto manus omnium contra eum, Heb. *Hic onager:* asinus incitur. Hispanice: *Cerril.* loquax & dicax. Aptè Ovven. *lib. uno, Epigram. 2. 10.* in maledicum inquit: *Non ego te quemvis asinum voco, Mome, sed illum Catus erat sessor Pseudopropheta Balam.*

8 Alij utuntur salibus sine sale, quæis non correctio, sed usio; lateque ad tempus sub peccore vulnus. *Ridentem dicere verum,* prudentiam notat; sed non ut rideat, vel ut irideat; quia desipientia conditur sale rationis, haudquaquam felle ac dicerijs. *Sales protervi* dicuntur iure à Statio, 1. *Silvar.* Carm. ult. v. 6. igitur non oriuntur à gratia festiva, sed à protervia, quæ pluris habet mordere, quam perire. Ita contigit Theocrito Chio. *Antigonus Rex hunc, de quo iuraverat* (teletunt Macrob. 7. *Saturnal.* cap. 3. & Textor. in *officin.* lib. 5. cap. 38.) *quod ei parsurus esset, occidit propter scomma.* Cum enim quasi puniendus ad Antigonum raperetur, solantibus eum amici, ac spem pollicentibus, quod omnino clementiam Regis experturus es-

set, cum ad eius oculos venisset: Ergo impossibile mihi dicitis spem, respondit. Erat autem Antigonus uno orbatus oculo. De Caligula asserit Sueton. in eo cap. 27. *Potam ob ambiguum iocī versiculum, media Amphitheatri arena igni cremavit.* De quo agemus fustus, *Tautolog. 9.* à n. 58. *Non sine melle: sed sine felle sales,* ut sine indignatione audiantur, aut commotione bilis; uti ait Ovven. *lib. 2. Epigr. 160.* Sic exercere sales festivum est: etenim ut canit Ovid. *ad Pison. v. 115.* *Nulla superbiorum patiuntur dicta iocorum:*

9 *Difficile est attingere medium, sicut obvium incurrere in errorem; potissimè proferendo veritatem: igitur ita delicatula sunt aures, ut nec vitia nostra, nec remedia pati possumus. Sæpe sanè quærela, quia veritas dicitur, & quia veritas tacetur. Si absconditur, vocatur insipientia: si popalatur, audacia: equidem ut ait Tacitus, 1. *Histor.* cap. 40. *Hinc illuc attoniti vultus, & converse ad omnia aures:* cum prius uti subdit, *lib. 3. cap. 56. Ita formati auribus, ut aspera que utilia: nec quicquam nisi incundum & lasurum acciperent.* Nec tacuisse licet, ut *Ælio Lamiz* contigit, destinato letho, quia læsus dixit: *Hæc taceo:* Sueton. in *Domitian.* cap. 10. Nil mirum, quod Consiliarij nec hifcere audeant; ubi Principes (ne deinceps audiantur) voces suffocant: qua de causa ille alius apud Pers. d. v. 124. *Per me equidem sint omnia protinus alba.* Utrumque error est, & quia parthësia tantum genij contumacia; & quia blandimine non sinedrij, sed auctorata lingua. Quolibet tempore & occasione dicenda etiam amara veritas; sed non omne tempus sumendum in occasionem. Veritas sine tempore est scientia fulta: tempelivè clare est pulsa ut sulticia: igitur qua fastidita præsens, laudatur abiens. Non tantum videndum, an quod dicitur verum sit; sed etiam an veri patiens, cui dicitur. *Scire ergo debes* (inquit Ambros. in *Psal. 40.*) *quid audias, scire quid loqui debeas; scire etiam, quando loqui debeas.* Ponenda ergo nonnunquam custodia ori; quippequam nescit vox missa reverti: & etiam ostium circumsantia laborum; quoniam cui, quid & quando proferendum sit verbum, ni conculcetur uti importuna veritas; labia debent attendere*

Minoris est mator vita, quam impudentia. Sueton.

Agere ferunt, si veritas dicitur, vel absconditur.

Tacite.

Sueton.

Nec tacere prodest. Pers.

Prudentia necessaria in veritate dicenda.

Ambros.

Psal. 140. 3.

dere circumstantias. Ostium destinatur circumstantia laborum; ut in consilio sit menti, cui dicitur verum: equidem aliquando absurdum, si os in offensionem veritatis aperitur, & aliquando si clauditur. Hinc à Syracide: *Ori facito ostia & seras.* Nec silentium nec loquacitas; sed præ opportunitate commodà temporis, ingerenda oculux utilitas veritatis, appositis laborum circumstantiæ feris & ostijs: igitur si crimen, os non aperire ut ostium, in veritatis rutilum splendorem; discrime proflus, præcipitanter eloqui, quod debet esse sub peccoris clave. Alia dixi, *Tom. 3. T. 2. D. 1. à num. 2.* Procedendum, etiam perstrictum in alia.

10 Sepi (dicit Sirachus) *aves tuas spinis: linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia & seras.* Dividuntur huiusmodi munera, & in ostijs & feris prænotatur prudentia: etenim dum audiens habet spinas in circuitu aurium; os feris validis claudendum: quippe verbis prudentissimis veritas haud profertur in lucem; sed duntaxat in pungentium spinarum compunctionem. Patet: ni locutio iuxta audientis infamiam; consulens dicit audaciam & linguam nequam: aureque sepi spinis, ne verba mota ingredientur in aures. In hoc prudentia totum constituit opus, dum in veritatem prævalere conatur auctoritas, quasi nullam haberet prolata veritas: unde additur *Aurum statera & frannus:* equidem si verba studiose & opportunè libratur, dum Principis aures spinis arctè sepiuntur, post claret estimabile atque pretiosum ut aurum, quod pridem ostiit præcipitationis frannum. *Magnum est tacere, magnum & loqui* (ait Valerius; *Homil. 5.*) *sed sapientia est, utramque moderari.* Iuxta dispositionem audientis aperienda labia, quorum in utrumque sunt ostia. Consiliarius semper ore clauso erit status: os habet, verum non loquitur. Ore semper aperto, sulticia erit figura: totidem ora sonant. Medium est virtutis, ut audientis spinis non lacere corpus veritatis: igitur ut summe proficit, nec loquitur, neque silet. Vide *Tautolog. 9. n. 30.*

11 Dominus dedit mihi linguam eruditam (inquit Evangelicus Vates) *ut sciam sustentare eum, qui lassatus est verbo.* Maluend. *Ut sciam tempestivè & opportunè loqui cum desatigato, verbo.* Hispana Translatio; *Para saber dar eis Tom. V.*

fazon al cansado. Lingua erudita est loquentis prudentia, dum Respublica à Rege patitur vulnera, si qui quidem iam lassus verbis, crebris admonitionibus & importunis, quas amplecti recusat, est utilia medicamenta cognoscatur. Quærenda occasio, ne qua commoda sint tædio, vel odio: linguaque, vel tyranno regente, ministratur erudita; quippe verba in salutem ita à prudentia disposita, ut nec audeat veritatem defatigato proponere; nec volenti aliquid à veritate detraheret. Fatigant nonnulli Principum aures, quasi in rectum flecterent importunè fatigationes. Fatigantur Principes, si veritas tacetur: etiam veniantur, si tempestivè dicitur. In huiusmodi delicatula fastidia, lingua erudita est omnino necessaria; quæ quidem præ opportunitate ita verba disponat; ut vulnera in deterius nec omnino loquens dicat, nec in salutem, medicamina celans, omnino taceat.

Timeo tibi dicere verum, Ne videar causâ falsa monere meâ. Dicendum tamen est.

Non est lingua erudita; amittit veritatis propositum propter veritatis infamiam. Veritas non eget trophæo, sed triumpho: partaque fratragemate victoria insignis veritatis uti victa despicitur; modo veritas non veritas, sed contentio dignoscatur. Non est lingua erudita, sed æsonans; aut cymbalum tinniens, tundens & pertundens aures. Lingua nola, *lingua loquax* ut ait Theocrit. *Edyl. 12. v. 12.* Loquens quidem loquitur quin loquatur; quia tantum ad loquendum, & ut loquatur loquitur. Nec seic verbum, nec silentium, quod nonnunquam importunum. Qui sapiens in veritatem, debet æmulari horologij tenorem. Arte rotarum arcano motu, sono & silentio voces elicit in aures; & pro momentis, catenis reprimat voces: equidem qui linguâ eruditus & cautus, tantum loquitur ad tempus. Multa sunt quæ possint indicari ab horologio: sed quid sine tempore ab eius indicio? Sonus & sonus, non veritatis, neque temporis regula; quin non est hora: igitur lingua horologij ultra ordinem temporis, non est tempus veritatis. Hinc pro *Ostium circumsantia laborum,* legit Tigurin. *Valves.* Ostium aperitur & clauditur: nequit esse simul clausum & apertum. Ex valvis una quit esse pervia, & alia occlusa. Haud aliter in lingua erudita labia: equidem dum

Qua in occasione lingua eruditæ, pro veritate ostendenda.

Oriâ.

Sapientia tatis dulcedo, si ad veritatem eaq casio.

Theocritus.

Cur similis horologie?

Ubi super Tigur.

Hhh 2 con

Ar. exposi- tionis.

congruit, & prae spinis aurium veritas ingredi nequit; argumentum vulnerum haud penitus aperiendum ut ostium: imò paulatim in frugem ac vulnerum sanitate, adinstar artificij valvarum, & aliquid occultandum & aliquid aperiendum. Verum si placide ab audiente veritas accipienda; sine exceptione ulcerum, omnino & omnimodo aperienda sunt labia.

12 Peccavit Heli, crimina & poenas audivit Samuel, cui praecipitur exponere, an senex lassus colligatur frugi. Expavit ad ea quae perceperat, & indicare seni (si interrogaretur) formidabat. Verum interrogatus, Indicaui ei Samuel uniuersos sermones, & non abscondit ab eo. Quare nequicquam seruat sibi in pectore, non ignorans cuncta senis usque in animam transire? Prius vel indicare timeret, & modò ad unguem referre, tot minas audet? Habet linguam eruditam & ex opportuna occasione sumpti prudentiam. Nesciebat pridem an patiens veri; modò cognoscit avidum auscultandi. Ubi veritatis auiditas, proferenda tota veritas. Ubi, an aures cum spinis in veritatis acorem, ambulandum pedetentim: audacterque loquitur, qui nec audebat hincere, sine labiorum custodia, sine sepe, sine valua; quippe quam si occasio iauerit animum in veri susceptione promptum, totum à cardine ostium veritatis aperiendum. Exemplum est inter audientem David & proponentem Nathan. Flexus & circumloquia varie trahuntur, ut per veritatis cognitionem, sine exacerbatione vulnera sanarentur. In ingressu veritatis nulla erat spes salutis; igitur cum vulnus haberet pectus, vel nomen ulceris refugiebat auditus. Accessit, retigit arte, studuit mirè labiorum custodia; ne vulnus aperiendo crudeceret, vel æger pracludendo periret. Necessaria erat lingua erudita in labiorum circumstantia; ut minimè intemptivè vel clauderentur, vel aperiuntur valvæ; sed ad horam proferretur verbum in lumen mentis ad expulsiorem erroris. Factum est: prudentia praevaluit ars, ut ingredere veritas, & exul à corde egrederetur iniquitas; igitur simulatque aures aperuit, in illum veritatis tota procella deponit; quoniam uniuersam audax declaravit speciem, qui nec audebat tutè tangere cardinem.

2. Reg. 12.

1.

Verf. 13.

13 Peccavi, dicit David. Iam mentis est. Heli verò: Dominus est, quod be-

num est in oculis suis faciat. Elucet, quando prudentia vel imprudentia dirigit veritatem, per exacerbationem, vel per cordium compunctionem; igitur petulantia, pessiliter indignatio delinquentium; & suavitas veritatis dulciter infuit contritionem criminum. Sed hac esse (iustit Gregor. Magn. lib. 24. in Job. cap. 9.) propria arrogantium predicatorum solent, ut etiam affectuos auditores suos magis districtè corrigere appetant, quam blande refovere. Plas enim student, ut mala obiurgando increpent, quam bona laudando confirment. Superiores quidem videri desiderant; & magis gaudent cum eorum animum ira elevat, quam cum charitas adificat. Semper invenire optant, quae increpando rigidè feriant. Solent etiam predicatorum iusti auditores suos obiurgando corrigere: solent in eorum vitij districtè increpatione seruire: unde scriptum est: Verba sapientium quasi stemiuli, & sicut clavi in altum defixi. Res est autem eorum verba clavi vocati sunt; quia culpas delinquentium nesciunt palpares, sed pungere. Saepè multi dissipati, sed non compuncti, ex imprudentia corrigentis, & importunitate acerrima veritatis, inhærentes protervè errori, tamen sciant contra stimulos calcitrare. Alier veritas opportuna: minis in acerbitate ingrata; equidem vel ingratam amplectuntur, etò pungantur. Lucretius lib. 4. Rer. nat. v. 11. succinit: Absinthia tetra medentes

Cum dare conantur, prius oras pocula circum Contingunt mellis dulci, flavoque li- gnore.

Ideo verba apta; commoda, tempestiva veritatis clavis conferuntur & stimulis; quoniam ex specie amaritudinis exhaustientis suavitatem, stimulantur abruptè in erroris compunctionem.

14 Ultra disquirendum. Samuel qui aliquid dicere timuit, uniuersos sermones auditos protulit; quin vel minima occultaret. Si dixit uniuersam, quorsum additur, quòd nihil occultum? Postest aliquid supprimiti, & uniuersa proferri? Utique, ac prudenter pro veritatis susceptione; ne pungatur, qui pungitur veritate. Ubi ignoratur, an sit in audienda patientia; non impetè ingerenda sunt amara.

Data condita mella.

Si in comperio veritatis auiditas, proferenda tota veritas; quippe iam gratum, quod

Ubi sup. v. 18.

Unde prudentia, & imprudentia dicentium in correctionem errorum?

Greg. Mag.

Eccle. 12. 11.

Lucret.

Ubi sup.

Ovid.

Nihil ingratum, cupiens non nocere verum.

Ubi sup. v. 18.

15

Senec.

3. Reg. 13. 1

Inceptur non errant, sed error.

quod ingerbat fastidium: Samuelque uniuersos sermones indicavit, ex quibus nihil abscondit, quia cum iam veritas grata ex occasione opportuna, nullum dicenti periculum; etò totum dicatur proflus acerbum. Secus verò debet esse veritatis usus, quam ex punctione auris pungitur pectus; quidem cum dicitur prudentia, quæ tacenda & quæ occultanda (si totum citra periculum aperiendum) ubi impendit immaturè ex compunctio- ne periculum; dicendum & non dicendum: dicendum quasi uniuersos sermones abscondat: tacendum verò, quasi nihil non offendant. Tacendum & loquendum. Hoc namque in veritatem prudentia studium: quandoquidem eligendum uti scopus; parcere personis, dicere de rebus.

15 Quæ non fecit Ieroboam in scandalum Israël? Avertit omnino populum à Domini lege & via, & impulit adorare vanissima idolorum simulachra. Vulnus fuit Israël, quod quidem nec curatum captiuitate. Voluit Deus in principio verbo salutis apponere medicamentum, quippe principijs obstantum; sed reuenerunt accipere disciplinam in vehementiore penam. Nec intellexerunt (dicam ex Seneca, lib. 6. Benef. cap. 30.) in illa scena & vanis & citò diffuentibus bonis refugiente, ex eo tempore ipsos nihil non aduersè expectare debuisset; ex quo nihil veri audire poterunt. Mittitur Prophetes de Iuda, iuxta altare stante Rege; & ut pervenit, Exclamabit: Altare, altare? Quorsum? Est omnino insensibile. Regem praetermittit, qui idola erexit: cum ob abominabile crimen, in eum ius erat retorquere sermonem? Prudentissima verborum directio, ne Princeps indignaretur ex modo. Principibus (& his qui ludibrio sortis, se somniant etiam in petrao Principes) videtur auctoritatem proferri, dum notantur non insignes, et si fuerint criminosi. Delicula est, & repumicata dignitas, ut maximè nuda audeat accedere veritas; quærentibus excusationem erroris, ex defectu urbanitatis: & non in Regem, sed in altare Vates invehitur; ut emendetur error, & Rex impius non lædatur: equidem ita prudenter moderatus est sermonem; ut nihil in regem enunciarer, sed in crimen. Princeps errans, & quod peius, errorem cognoscens, & nequaquam respiciens, quem ferebat impetè dominationis furor, Al-

tere, in quibus idola, erat stultissimus error: & in altare dirigit fulminantis vocis iaculum, ut Princeps sine excusatione auerteretur flagitium: igitur distorsit dextrè veritatis fulmen, nequaquam in errantem, sed in errorem. Multoties in his qui animo non sunt protervo, nec iacent venundati sub peccato; ex alieno capite oritur cordis commotio. Vates loquitur & altare scinditur, ut Princeps sensum acciperet per miraculum, dum accipiebat etiam insensibile sensum. Si in illum dirigeretur erroris claritas, veritatem uti proccam fastidiret auctoritas: & in Principis altare sermo meditanter dirigitur; ut ex altaris motione cor Regis scinderetur. Etiam miraculis immotus permanet: nec unquam respicit, ex protervitate erroris; haudquaquam ex modò ostentatè veritatis.

16 Alius prae se fertur à Christo, ut facilis illuminetur Veritas, ex qua in mentes descensura claritas: gradiebatur incognita, sed gradiebatur; ut tandem veritas agnosceretur: conditio est veritatis, vel nostri tarditas cordis; ut illa habeat hospitium, quæ saepe passiva divortium: igitur factus in consortium admittitur, dum non cognoscitur. Oculi illorum tenebantur ne eum agnoscerent, ut veritatem tenerent: etenim cum odio habeatur nuda, ex ingenua hominibus turpi adamata fallacia, procedit vultu murato, ut possit saltem transire in habitu peregrino. O stulti & tardi corde! & addidit Ad credendum. Fides iuris erat, visis visis: & non credunt ex tarditate cordis; quia solummodò oriri quibat ex corde, incredula cæca mente, non amplexi in assensum veritatem; etiam habentes coram oculis speciem. Tardi igitur est cordis, quætere excusationem in repulsam veritatis, dum ipsa optabilis & amica occurrit oculis. Ipsa venit, ipsa cum illis vadit. Si nulla cognitio, esset defectus obscuratæ mentis: verum in præsentia veritatis; est excusatio tarditatis cordis: quod quidem non vult admittere veritatem, si nuda; nec cognoscere, si ignota. Quò magis Veritas fastigatè cognosci; qui videbant, magis tardi. Tandem tandem cognoverunt, & Ipsi evanuit ex oculis. Unde cognoverunt? Aperti sunt oculi eorum. Prius auscultarunt, post oculos aperuerunt. Sic ingreditur in corda veritas, tanquam hu-

Veritas admittitur, si non cognoscitur.

Luc. 24. 16.

Verf. 25.

Nihil amplius veritatis, quam aures non claudere, & oculos aperire.

Verf. 31.

humanae vitae summa felicitas : equidem aditus veritati, nil aliud quam aures non claudere, & oculos aperire. Ipse evanuit ex oculis eorum. Cur evanuit? Uterque aditum veritatem cognovit : & ubi veritas perspicuo nota, fuga plane necessaria. Ipse evanuit ab oculis eorum. Ipse cognosci intendit, cognitusque disparuit? Utiq; in methodum veritatis exponenda. In veritatem recte moles struitur; ubi tantum exponitur, ut cognoscatur.

Ni Veritas fugeret, facies cognoscentium erubesceret : fugitque Christus ab oculis cognoscentium ; ut doceat verum exponens, modum : igitur prudentior & suavior, ut excutiat error ; est quod mens verum abscondat, ceterum non erubescat. Dialecto nostra : *Dexere emendado, pero no corrido*. Dum dicitur veritas, rubor nascitur ; modo adit per quem veritas dicitur. Quanvis cum huiusmodi pensio, est beneficium : maius, sine confusione verum : Christusque ab oculis evanuit, simulatque veritatem mens assecularum cognovit ; quia semovit ex cognitione pudorem, & reliquit coram eis ad cognitionem speciem. Causa erubescens liquet. Ex sententia Seneca ; *Epist. 27. Si bona mens esset venalis, non haberet emptorem*, ne huic constaret deficere mentem. Defectus mentis ex amore erroris, adventu ostenditur veritatis. Quia fuit error, natus pudor. Vernacule : *Como la verdad es defengado, nadie gusta se reconozcan engañor en su discurso*. Mens discipulorum post errorem veritatem cognovit : expositaque illico ex oculis fugit ; ut haberent ex errore, cognitione, ruborem, sed non coram illo, qui ostendit cognoscendam veritatem. Ita ergo minus ingrata, quae etiam diligentium auribus fastidiosa, avida humani cordis, & lumen mentis ; sed semper timida & tremula propter hominum odia : qua de causa, uti succinit Ovven. lib. 2. *Epigram. 132. Dum non vult alter, timet alter dicere verum.*

Modus optimus exponendi veritatem.

Seneca

Rega dicens tuis congrua cognitioni eripis.

Orven.



DIDASCALIA VI.

In caelo Benedictinae Religionis, Scholastica Luna plena luce & gratijs.

SI caelum Benedictina Religio ; superiora sane quae videntur in caelo mirifice ornato luminaribus magnis, summi in orbem splendoris ; quandoquidem Benedictus quasi Sol refulgens splendide nitet ; & Soror Scholastica quasi Luna plena lucet, concessio luminis principatu inter reliquas stellas manentes in ordine suo Scholastica (inquit N. Vener. Beda, tom. 7. ferm. 2. de ea) a sebola dicitur. Ab ipsa enim omnis doctrina sapientiam surgit : ab ipsa virtutum omnium norma concrevit. Verum quid discendum in huiusmodi schola, & ab ista spectabili sapientia magistra? Doctrina lucis, in cunctis mirabilis. Luna plena fulget, mirabiliter creascit, & etiam in consummatione lucet ; ut in illa miremur luminarum fulgentissimorum ortum, cursum & occasum. Contemplamur iuxta Ieremiam 31. 35. *Ordinem Luna: scilicet, in velocitate cursus, in suavitatis cantus, & promptitudine influxus*. Retorqueatur Seneca, *Epist. 90. Ad beatam (inquit) vitam tendit : quod ducit, illo vias aperit : vanitatem exuit mentibus : dat magnitudinem solidam : inflatam vero, & ex inani speciosam reprimat : totius naturae notitiam ac sua tradit : quid sint anima perpetua, ubi consistant, quid agant, quid possint, quid velint. Haec eius initia sunt, per quae ingens omnium Deorum templum mundus iste referatur ; cuius vera simulacra, verasque species cernendas mentibus protulit.*

Hac itur ad astra.

De Luna asserit Barthol. Anglicus, lib. 8. de Rer. propr. cap. 29. *A Sole formam suscipit & figuram*. Aptè ad formam & figuram Scholasticae, Benedictio fratre Sole ; cuius formam illuminata suscepit, vix dum vixit. Non Philosophorum schola Scholastica facta, sed Christi. Ab infantia calidum sibi sponsum aptavit, sicut ille : scilicet Benedictus. Ita Beda, d. & Haften. in cap. 33. lib.

V. Beda

Quae Scholastica gloria

Seneca

Orven

Anglicus

Beda

Chorum cum fratre formam.

Cant. 6. 9

Ambros.

Claudian. Stat.

Chartar.

Sol & Luna in antro cum instrumentis musicis.

Pier. Val.

Chartar.

Canant in utero matris.

Virgil.

lib. 2. *Dialogor. Gregor. num. 2.* Sicut ille? Utiq; : Luna formam & figuram suscipit a Sole. Soli sacratum cithara : & Scholastica Luna fulget sicut ille ab infantia, quoniam necdum nati in mundum, ut Deo dicerent laudem formarent chorum. *Quae est ista quae progreditur speciosa ut Luna, somans ut Sol?* Ita Aquila legit, & ex illo Ambrosius, lib. de *Isaia*, cap. 7. Quae igitur Luna ante egressum progrediens tonans ut Sol? Scholastica Benedicti foror est, quae in infantia exercet musicam ; quippe a fratre canente suscepit formam.

Sonos Solis. *Astrorum velox chorus, & Luna seroit.* 3. Olim, ut ait Chartar. in *Appollin. fol. 46. Perse Solem Maximum in antro venerabatur*. Magna Mater (quae etiam virgo, qua de causa, ut canit Ovid. 6. *Pastor. v. 286. Comites virginittatis amat* : quae quidem comites, quia igni templi praerant, Virgines vestales, uti astruunt Plutarch. in *Numa*. Chartar. fol. 156. & Vives in lib. 2. *Civitt. cap. 4.*) etiam in specu colebatur veste nigra apud Aegyptios, insit Pier. lib. 40. cap. 29. cuius ritus tribuit etiam Arcadibus, cap. 30. *Es verò nigra figurabatur, & nigra vestis illi induebatur*. Ad dit Vincent. Chartar. quò dudum : *In specum cum se abdidiisset, diu lumen vitasse : tympana circa se habentem & fistrum in manu*. Sine luce sunt in antro tam Sol, quam Luna. Quorsum igitur consona in musicam instrumenta? Non omnia umbris delevit invidiosa vetustas : igitur in novum singulare miraculum, varijs coloribus obumbravit speculum. Antrum quo iacent infantes, est uterus genitricis. Inde nulla audiuntur voces, quippe in antro sub silentio, quasi statuarum imago, insensibilis sensus, imperceptibilis motus : in antroque cum Sole & Luna gaudij & lætitiæ collocantur harmonica ; ut videantur initia altissimæ perfectionis, Sole & Luna necdum natis. Illustre sanè, quòd hieret tempore : summum, quòd vox insensibilis infantia. Singulare exponendum in commendationem Luna ac Solis, vel infantium : musicae sonat & resonat ; quippe nil magis glorificat, quam quòd infantium audirentur voces etiam ex utero matris.

4. Ulterius. Luna canit dum lucet ; ideo dicitur, quando non lucet, silere. *Tacita per amica silentia Luna.*

Et pro mirabili signo, Luna canens collocatur in antro ; quoniam uti prodigium insignitur, quòd musica fulgeret, antequam in mundo & à mundo videretur. Lune cantus est Luna ortus. Aliquid singulare addendum in musica à Luna mystica caeli Religionis Scholastica ; ut melos esset mirabilis in auribus ; quo stuperet tanquam ex inaudito totus mundus : igitur canticum eius auditur, priusquam uti Luna fulgens in hunc mundum nasceretur. In antro, & veste nigra. Luna color ater? Quid si *Sol factus est niger?* Sumpsit Scholastica vestem nigram, ut fratris etiam susciperet formam. *Clam celebre nomen fratris* (insit Haften. d. n. 3.) *eiusque Regula audisset, sedem fixit iuxta Casinum*. Formam sumpsit à Sole, ut nigra plus rutilaret pulchritudine. *Nigra sum, sed formosa* : dicebat spona. Haud pulchritudini decolor color, quo venustas & eximie commendatur.

Et nigra viola sunt & vaccinia nigra. Canit Virgil. *Ecol. 10. v. 39. Vaccinia, idest : Hyacinthi, ut astruit, ex quo Virgilius carpsit, Theocrit. Edyl. 10. v. 28.*

Et viola nigra est, & notis inscriptus hyacinthus. Favent acceptiois Turneb. 12. *Advers. cap. 7.* & Constantius apud Dalecamp. in *Plin. lib. 16. cap. 18.* simulque Lacerd. in *Virgil. 2. Ecol. v. 18. num. 4.* Appositè gratia coloris confertur hyacinthis, nullique alij fiori, pulchritudine praestanti. Hyacinthus flos scriptus est. Ovid. 10. *Metamorph. fab. 5.*

Flos habet inscriptum. Ovid. Ut signaret venustatem Scholasticae, cuius tanquam in schola resistent litera : simulque prae feruntur virtutum pulchritudo, & coloris habitus in nigredine perfectio ; quippe dum habitum Solis induit tunc in perfectione floruit. *Decoravit Sol, & fusca est*. Inde maior speciositas. Fusca.

Quid tum, si fuscus Amyntas? Imagines Minervæ profecto nigra. *Simulacra decolorata*, inquit Paulanias, cap. 25. Dea credita scholarum, quasi ex illa sapientia ; nigroque habitus colore florens obijcitur Scholastica ; ut per coloris natam, dum destinatur in Religionis Lunam, constaret orbi, à quo suscepisset formam.

5. Soli in specu, Luna in eodem antro eiusdem formæ & coloris, ut utriusque

Unde canit tu suavitati?

Apoc. 6. 12

Haften.

Cant. 1. 59

Virgil

Theocrit.

Cur Scholastica similis hyacintho?

Ovid.

Verf. 6.

Virgil.

Paulan.

Minerva nigra

que perfectionis vel in principio rutilaret species. In Sole & Luna idem fuit esse, ac rutilare. Si sonus illorum musica in elogium Conditoris; Solis & Lunæ horum gloriosior ad aures. Ilorum, dum luxerunt in mundo: horum, latentium in matris antro, discente sorore, quicquid concentum à fratre; structaque musica scholæ, ut Scholastica infantis fulgeret gratia: igitur Luna dote singulari, in ampliore splendorem; etiam effulfit, cum vitaret lucem. Miramur in illa ortum florem de radice, uti in prodigium orbis præcinit Evangelicus Vates. *Egreditur virga de radice lesse & flos de radice eius ascendet.* Non de virga ex qua flos, sed de radice, ut prodigium maius sit. Sic ergo. Verum quomodo floris erit in radice cognitio? Quæ in radice, sunt in virtute, sed nequaquam in specie: & in portentum, flos dicitur de radice, quia si post ortum cognoscitur, quia tunc specificatur; amplius sanequam miraculum, dum promittitur prodigium, quod se demonstraret florem; & ante nativitatem. Radix hominis signatur uterus matris. Ibi in hominis formam, virtus sanctæ, non species. Flos, dum in lucem ostenditur: nec floris specimen, dum in utero absconditur: hoscque rutilat Scholastica, in radice, non in virga; ut notaretur præptopere, quante virtutis scholæ: igitur non solum prodigium, sed singulare; quod flos cognoscere vel in radice. Ad rem Achilles Bocchius, *Symbol. 45.*

— *Que prima & maxima virtus: Internâ nihil est dulcius harmoniâ.*

6 Scholastica non ut reliquæ virginis. Claret specialis ex obsequijs. Ad illas media nocte clamor factus est. A Scholastica, vel dum tenet uterus, mediâ nocte clamor factus. Grata melodia vocis, ceterum suavior immaturitate temporis. Dulcis quidem & sonora, sed ratione temporis (non temporis) magis grata. Tempus huius vocis non fuit diluculo, non in Solis intelligentiæ exortu, non in ætatis lucidioris ascensu in cæli culmine; sed dum esset in inferioribus terræ. *Clamor factus mediâ nocte:* dum medium silentium tenerent omnia, audita in terris cœlestis Scholasticæ musica. Per temporis in via (ut inquit Seneca in *Orest. 0. v. 463.*)

Carmina inventunt iter:

Nihilque leges ad cantus tenent.

Silentij tempore vocem crispavit; qua

rupit: & in utero matris & temporis mediâ nocte; quippequam eo tempore Sponso laudes concinuit, quo mutescere præ tempore debuit. Ubi nox iter tenet medium, seu altum, illam comitatur *quietum silentium.* Ubi non in quiete? Quam clamor vocis Scholasticæ fit mediâ nocte. Erat clamor validus, & silentij tempus, audita silentij voce, & perfectionis virtute: equidem in tempore silentij, insignis præfertur sanctitatis silentium ruspisse temporis. Alia promerem, ni fuscè dilucidatum argumentum, *Tautolog. 4. D. 2. & denudè regerendum, Tautolog. 11. D. 4.* Claret ergo ex voce horum luminarium (ut dicam ex Claudian. in *Mali Theodor. panegy. vers. 100.*)

— *Qua vis animaverit astra,*

Impleveritque choros.

7 Vidimus Lunæ Scholasticæ ortum: contemplerur & cursum. Coniunctio Solis & Lunæ eodem in Signo contingit semel in anno. Quotiescunque Soli accedit Luna, recedit in splendorem renovata. Ut renovaretur spiritu Scholastica (quoniam lumine Solis Benedicti fulget Luna) unde fulgorem vitalem haulerat; ad eum semel per annum venire consueverat: inquit Gregor. *Magn. 2. Dialogor. cap. 33.* Lunæ in fine velocior motus, & fuit mirabilis in consummatione cursus. Petijt à fratre, cum ad mensam federet dubiâ luce, & ultimus futurus recessus esset, quo lumen usque in sempiternum rapere posset; cum illo manere vellent, saltem illa optatâ nocte, ut aliquid de cœlestis vitæ gaudijs loquerentur usque mane. Expavit ad vocem Benedictus: urbanè respuit, sed repulsa est mellita, Sororem pupugit. De Samuele dicitur: *Universos sermones indicavit, & non abscondit.* Cogitavit Scholastica superiori industria, quomodo aliquid absconderet, postquam Benedicto universos sermones indicavit; igitur exegit latenter plorans à validiore miraculum; quæ non invenerat vel in fratre ministerium; occurrere ius & vis mirum est, quos stet Sol: unde ad optatum Solis Benedicti ministerium, fuit necessarium miraculum. *Tanta erat* (inquit Gregor.) *cœli serenitas; ut nulla in aère nubes appareret.* Si frater gratiam non negasset, faceret illa minus. Inscerta digitis manus super mensam posuit, flevit: *Unus fons oculorum* (subdit Beda, da, d.) *Unus mensam rigabat lacrymis,*

Sap. 18. 14. Unde gratior & lentior eius silentijus clamat

Claudian;

Gregori;

1. Reg. 3. 18

Gregor.

Beda.

0.

0 ather imbribus arva: equidem stetus ita orbes perturbavit, ita elementa commiscuit: ita aëra fulguribus, nimbis, inundatione procellosa replevit; ut in abitum Benedictus nec pedem movere posset. Hic cognovit, quod illa celavit, & simul subfrit, subdens: *Si potes egredere.* De Luna (ait Berchor. in *Reductor. lib. 5. cap. 29.*) quasi noctis decore, rorisque matre: *Humoris ministra, dominatrix aquarum & temporum.* Mantaanus *Elog. I. v. 9.*

Ibid.

Berchor.

Mantaan.

Bugnot.

Lana gubernatrix tenebrarum & mobilis unda.

Ad nutum Scholastica turbatur cœlum. Quid mirum? Luna est, & mater temporum & aquarum.

Unde hæc tanta celeri micuerunt nubila flamma?

Ecquis ab ætherio personat axe fragor? Ab eius corde clamor factus est oratione rhythmica, quin moveret in choro Angelico labia, concordibus nube & voce, cœlo mirabiliter favente, ac Benedicto extra se præ novitate: igitur singulari mutatione, quod cœlo musica suavitas, fratri repente fuit procellosa tempestas.

8 Sereno cœlo, æthero luminoso, quin vel levissima nubes videretur navis aëris, aut labecula cœlestis splendoris, audivit Ioannes vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruus magni: *0 vocem quam audivit sicut citharædororum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum novum.* Semper horrida tempestas pavida auri, ex elementorum commotione, fragore tonitruus, & horrore fulgetri. Unde ergo vox tonitruus terribilis dulcedo citharæ ac cordis, & impetus ruentis sine freno procellæ voces consonantiæ musica? Cithara & tempestas, tonitrua & melodiæ suavitas? Eadem vox in cordis terrorem, auriumque mulcimen? Unde ergo huiusmodi dissonantia concors? *Ex modo laudis:* subdit hic Lyra. Oratio opposita præut ad votum conciliavit, & in contradictione potestatem ostendit: igitur fuit musica cœlo, quod tanquam tempestas impendebat mundo. *Canticum novum erat,* cuius magnitudo ex musica modo.

Apoc. 14. 2.

Verf. 3.

Eius oratio tempestas mundo, musica cœlo.

Lyr.

Reperit.

Qui modulus in cantico, ut emineret modulantis dulcedo: *Peiora* (inquit hic Rupertus) *in quibus musica cœlestis inhabitat.* Non erat musica in aère, sed in pectore, qua cor penetrabat cœlum: diciturque iure canticum novum; quoniam novum

Tom. V.

quod oratio in corde cithara ac cordis, esset procella in vaga regione aëris. Ordo sphaeræ immutandus, si in oratione audiretur novus modus. Exprimit modus novus potestatem musica, in novi exhibitionem miraculi: ostenditurque in contrarietate novitas, ubi cum tonitruo auditur musica suavitas; quia necessarium ut oratio consequeretur optatam à corde gratiam, quod eius musica verteretur in procellam. Novum canticum in miraculum novum: siquidem novum in miraculo prodigium; quod subito fulgura & tonitrua terrent aures, cum toto in æthere nec appareret nubes. De throno (ait idem) *procedebant fulgura & voces & tonitrua.* Signum utique magnum: quandoquidem voces, queis cordis constabat harmonia, convertebantur in fulgura. Alia laret origo, unde musica dulcedo & melodiæ commutatio. *Ego* (subdit) *siebam multum.* Orabat stetu pro voto: erat in corde musica cœlestis expressa lachrymis, audiunturque unâ è throno mugire fulgurum voces; quia lachrymæ excitantes in cœlum è corde muscen, versus mandum miro modo emitebant tempestatem. Pro tonitrua, exponit Lyra, *Miracula.* Patet oculis, quod ex illis ad miraculum exivit: siquidem turbato cœlo, ut siens potiretur voto, apparuit tonitruus ætheris procella; quæ in maxillis tantum videbatur ut lachryma.

9 Elucet iam specialis modus laudis: per voces musica interrogatur, & per fulgura ac tonitrua respondetur. Profecto ex clamore canticum acceptabile, dum Deus respondet è turbine. Signum demonstratur, orantis exaudisse vocem, atque clamorem percussisse auram; dum commora tremuit terra, & præ turbine fundamenta montium sunt conturbata. Quippini? Scholasticæ apparuerunt fontes aquarum, experimentis in stetu cordis propositum. Preparationem cordis eius audivit auris, ubi lachrymæ manabant ab oculis: equidem cum quæ in oculis lachrymæ sint nimbus procellosus in æthere; simulatque in Scholasticæ luminibus apparuit stetus, *insonnit de cœlo Dominus.* Convenientia fuit orationis & inundationis: igitur utur visæ lachrymæ in speculo uti fontes oculorum, apparuerunt desursum fontes aquarum. Tanta conurbationis & tonitruus virtus erupit, quàm caput in manus reclinatum levavit; conceptâ procellâ ex lachrymâ. Magna-Matri Ethnici tribuerunt

Quare musica nova.

Apoc. 4. 5.

Cap. 5. 4.

Et mirabilia

Lyrae.

Iob. 38. 11.

Psal. 17 7. 8. 14 & 16.

Fletu excitavit tempestatem.

Insigne Magnæ. Matræ Ethnici tribuerunt

runt claveni pro insigni. Vinc. Chartar. in eius imag. fol. 141. Scholastica Magna Religionis Matri traditur a Deo clavis, & clavis pluviae; ut ad lubitum possit aperire & claudere. Mittit eloquium suum terrae: si fiat spiritus eius fluent aqua. Conficit ex lachrymis nubium guttas in procellas, retorquens in fratrem subito turbinem; quoniam habebat pro corde etiam in oculis clavem.

10 In subsidium filiorum Israel orat intensè Samuel & cum lachrymarum flumine. Clamavit ad Dominum pro Israel & exaudivit eum Dominus. Quomodo exaudivit? Dicit Siracides: Intonuit de caelo Dominus & in sonitu magno audiam fecit vocem suam. Sonitus magnus fuit procellis fulguribus ac fulminibus sibilus: Intonuit Dominus fragore magno. Vide Sanctium, Caictan. Serar. Maluend. & Mendoz. hic num. 15. Multa occurrunt digna notata. Samuel oravit & Dominus de caelo intonuit. Ad quid igitur procella de caelo & certamen ventorum, cursorum fulgurum, nix grando, spiritus procellarum? Quorsum tanta è nubibus furiosa tempestas, dum in caelo nitetebat Samuel orationis sagittas? Ut comprobaret portento, quantae potestatis esset Samuelis oratio: etenim per illam imber favit, nimbus obruit, turbo impiegit, typho solutus ingruit, & Dominus subito de caelo intonuit, cum nulla in aere nubes appareret. Samuel clamavit. Nec verbum locutus est: & inde clamor? Sanè vehementior locutione cordis, & oratione mentis. Elevata quidem in Deum est anima, sed non locutus in lingua, loquente voto, & auditio acceptioe orationis desiderio: igitur claruit oratio quam accepta, obrenta gratia: cum Deus fecisset fragore magno miraculum, & Samuel nullum loqueretur verbum. Quid clamas ad me? Dicit Dominus Moyli. Neclabia movet, nec hifcite. Cur Deus queritur de clamore? Orabat Dominum oratione mentali: & cum huius vox penetre caelos, & commoveat in auxilium etiam abyssus; respondit Dominus per fulgura & tonitrua, auribus horrida, quin Moyses movisset labia. Ventis impellentibus (infit Ioseph 2. Antiq. cap. 7.) accesserunt & imbres de caelo & aspera tonitrua, fulguribus simul intermicantibus: fulmina quoque deserebantur: clamareque dicitur, quum nihil loquitur, & orbis turbulenter misceatur; ut constet miraculum & qualitas,

11 Perpende: Intonuit de caelo Dominus, & in sonitu magno audiam fecit orationem suam. Audita oratio & exaudita, quia commota sphaera: Prodigium sanè, quod quæ oratio in corde, esset tempestas in aere. Non habuit Samuel aliud scutum, nisi lachrymas in votum. Serenitas erat, & sine rore arva, ut reformaretur pluvia, quam desiderabat pro victoria. Vincerent oppugnantes, nisi fæta fulminibus adverterentur nubes: & cum serenitas esset, Dominus orationem fulminibus, coruscis & tempestate exaudivit; quia materiam tempestatis sumpfit ab orantis oculis: quandoquidem Samuel plorans ut Dominus exaudiret; serenitatem aëris ad pluviam traxit. Nubes nil aliud sunt nisi exhalationes, è terra caelum versus surgentes: tempestas fulminum & curtantium tonitruorum, oritur occurfu & concursu nubium. Imitata est oratio naturam, dum Samuel stendo insignis tempestatis cupit obtinere gratiam: etenim quæ gutta lachrymarum in oculis, fursùm elatæ præcæ in procellam fuerunt nubes. Samuel ploravit, & Dominus horrifono strepitu, atque fragore exaudivit, ut Samuel vincere posset: equidem cum tempestas necessaria esset in victoriam; & plorasset propter gratiam lachrymis & lachrymis habuit in impugnatorem, quam possit objicere tempestivam tempestatem.

12 Quam floridè, etsi alio intentus, articulum Benedicti & Scholasticæ describit Manilius! Ita ergo lib. 1. Astron. cap. 2. à v. 95. Omnia orando docilis solertia vicit: Nec prius imposuit rebus finemque, modumque, Quam caelum ascendit ratio, cepitque profundis Naturam rerum causis, videntque quod usquam est. Nabila cur tanto quaterentur pulsa fragore? Cur imbres ruerent, ventos quæ causa moveret? Perdidit: solvitque animis miracula rerum: Eripuitque Iovi fulmen, viresque Tonantis, Et sonitum ventis, concessit nubibus ignem.

En studium Scholasticæ: Benedictum in-

tuc-

Patens oratio, dum efficax sine verbo.

Exo. 14. 15

Ioseph.

Antiq. cap. 7.

Manil.

dum oratio cordis hinc & hinc turbat sphaeras: equidem est miraculum novum; maior commendatio miraculi, sine expensis niuis verbi.

Ecclesi. sup.

Materia tempestatis ab orantis oculis.

Manil.

Certamen Benedicti & Scholasticæ.

Idem.

Gregor. ubi sup.

Quæ mira in miraculo procellæ.

Eius oratio prius exaudita, quam audita. Gregor. ubi sup.

tuerè inter cornucos & tonitruos, atque ingentis pluviae inundationem.

Postquam in proprias deduxit singula causas, Vicinam ex alto mundi cognoscere mollem Intendit, totumque animo comprehendere caelum: Omniaque ad mundi Nomen, faciemque moveri Sideribus varijs, mutantibus ordine facta.

Sol & Luna steterunt in habitaculo suo & Luna oppositus Sol. Quid est quod loqueris Soror? ait Benedictus. Luna in oppositione Solis, semper clarior. Flet Scholastica. Lachrymarum fluvium in mensam fudit. Illa orat, illa plorat, ut Solem vincat. Vincere? Utiq; quot lachrymas fuderat, tot fulmina in tempestate formaverat. Unde cum præ serenitate nec videretur nubecula, nec sine procella posset obtineri victoria; tacite sed abundè super mensam fleuit, ut tempestas ex fletu excitari posset. Fleuit, & serenitatem aëris ad pluviam traxit: equidem quas ut lachrymas exprimebat ex oculis, fursùm convertit in furorem turbis. Fleuit, & Dominus de caelo tonuit; ut per nimbosum fulmen, claret eius exaudisse orationem: igitur modo mirabili subito apparuit nubium, quod fuerat momentis paucis ante fulgens serenissimum caelum. Fleuit cadente lachrymâ, & elevata in æthera, seu ex oculis in fulgura fursùm translata, mirâ prorsus miraculi novitate; quippe miraculum factum in ietu oculi! Fleuit & stendo oravit, Deusque tonitruo respondit: ut ex fragore nubis sonaret quantum clamor orationis: quandoquidem eum fletu silentio clamore, & incio fratre; patuit in fratrem à caelo accepta, quoniam prius exaudita, quam audita. Miratur Benedictus mutationem aëris, nesciens Sororem è caelo obtinere clavem imbris. Caelum serenum pluebat. Quid mirum? Scholastica lachrymarum fluvium in mensam fuderat: quem torsit tacite desursum in fratrem contradicentem; quippe flumen lachrymarum convertit in tempestatem. Servaverat coram fratre potestatem clavis, dum coram illo stetit & rogavit sicis oculis. Operuit faciem & fleuit; actutumque Deus intonuit; ut in fragore nubis videret signum, clave quam miserat, esse iam caelum apertum.

13 Signat Gregorius d. Tanta fuit Gregor. convenientia orationis & inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo levaret: quatenus unum idemque esset momentum & levare caput, & pluviam (nubes) deponere. Gabriel Buguot. in Vit. S. Bened. cap. 19. succinit. Unde & tam largi resolutis nubibus, imbres, Et subito regalis decutiuntur aquae? Bugnot. Nursini devota Soror tot concitat imbres, Dum caput acclinans Numinis orat, opem. Plangit amans largisque gemens rigat imbribus ora: Et caelum effusus imbribus arva rigat. Tempore Achab per verbum Elia cœlum quoad pluviam perstabat ferreum, & terra aenea, quippe cor populi plumbeum. Facto à Propheta in Carmelo sacrificio, dixit Regi: Ascende, quia sonus multe pluviae est. Unde ergo non solam sonus imbris, sed etiam vehementioris, quasi procellose tempestatis? Ita factum. Ecce caeli contembrati sunt, & nubes & ventus; & facta est pluvia grandis. Pende, Ecce. Novarin. in cap. 7. Luc. v. 12. in fit: Ecce particula admirationis est: novum aliquid indicat. Patet ad oculum: quid mirabilis, quam caelum triennio serenum absque ulla nube, obtenebrari repente? Ideo singulariter demonstratur; & dicitur Ecce mirabili novitate: igitur theatrum sanequam admirationis, quod ubi ad pluviam nec nubes, ingrueret & nubes & ventus & pluvia grandis. Hocine miraculum: verum ex quo tante inundationis signum? Oravit Elias abundè plorans, & modo speciali oravit. Pronus in terram, posuit faciem suam inter genua sua. Hebraismus est, ut explicetur, sedentem inclinando caput super manus, orasse in pluviam & excitasse fletus. Adi Abulenfi. Caictan. Sanctium & Alapid. Caput nimirum inclinatum ad genua. Genua (infit Isidor. lib. 11. cap. 1. Etymol.) cognata sunt oculis, lachrymarum indicibus: Inde est, quod homines, dum ad genua se prosternunt, statim lachrymantur. Ex orationis lachryma claret unde pluvia: & non dicit tunc pluviam sed sonum, idest, pluviae signum; quia necdum preces effuderat, nec oratione ploraverat: etenim tanta est convenientia fletus orationis & imbris; ut prius caelum in pluviam commoveretur, & nubes aquam abundanter deponeret, si prius orasset, Sonus multe pluviae. Non

3. Reg. 18. 41. Verf. 451. Novarin. Pluvia in serenitate, miraculum insignem.

Verf. 221. Isidor.

Tom. V. lli 2 fo 1

Oratio cor- dis veloci- sine virtu- tis.
 solùm sònis imbris, sed grandis. Uti- que: caput in manus demittit, sicque fle- vit: unde cum ex fletus & orationis mo- do construatur inundatio; si ex lachry- mis profluit pluvia, ex positione oran- tis orta in miraculum inundationis pro- cella.

14. Cùm verba Scholastica fratris negantis audisset, insertas digitis manus super mensam posuit; & caput in mani- bus Omnipotentem Dominum rogatura declinavit: subdit Gregor. quò supr. Quorsùm huiusmodi orationis ritus? Quare sicine fletus? In propositum oran- tis & fletus: in gratiam pluvie grandis & abundantioris. In desiderata à Scho- lastica, non sat pluvia; quippe abiret fra- ter, ni in illum detonaret obex procella: & in manus demittit supplicans caput; & mittit fletum; quoniam sic & sic mite- tente in aethera lachrymas, ab aethere sta- tim oritur tempestas.

Bugnot. In caelum suspirat amans, suspiria caeli
 Elicit, & fletus mutua signa sui.
 Iob. 16. 21. Quomodo ergo mutua signa? Dicit Iobus.
 Souf. Ad Deum stillat oculus meus. Soufa in Pe- riphraf. accinit:

Sed mihi sunt alto pendentia lumina caelo
 Et lachrymis excessa Dei nunc atria pulsant.
 Lachrymæ ab oculis descendunt in sin- num, haudquaquam volat in caelum: qua igitur arte excessa Olympi palatia pulsant, dum genas rigant, & maxillas vel maculant vel decorant? Contentio delicabit Lunæ Scholasticæ cum Benedi- cto Sole. Caelum est fursum: & plora- vit versus caelum: quippe dum flevit, ver- sus caelum pluit. Alia alibi. Versus cœ- lum, & adversus fratrem, totum fletus Scholasticæ molimen. Versus caelum, quia inventa lachrymæ fursum: adversus fra- trem, quia quàm oratio in caelum ascen- dit, lachrymas secum in procellam assumpsit. Sol (dixit Iosue) contra Ga- baon ne movearis & Luna. Ad quid Lu- na? Pro Victoria, ut Luna stare; quæ minimè permaneret, si Sol abiret. Pro- cellarum excitatrix dicitur Luna. Viden- da illo in conflictu mirabilia magna. Do- minus misit (super adversarios) lapides magnos de caelo. Ioseph. 5. Antiq. cap. 1. Divinum auxilium evidentibus prodigijs apparuit, caelo tonante, & crebris fulmi- num ictibus, granine insuper maiore soli- to ruente. Mira sunt facta: & necessa- rium, quòd staret Luna; quippe necessa- rium, quòd Luna tempestatem revolutio- ne moveret, ut Sol stare.

Scholastica ploravit in caelum.

Ios. 10. 12. Eius indu- stria.

Vers. 11. Ioseph.

15. Certamen Solis & Lunæ descri- bitur à Pierio Valerian. lib. 13. cap. 38. Apud Mythologos (ait) Iovem ludicro cer- tamine Apollinem cum Hecate tenellâ ad- huc etate, commississ. Appositius Gregor. Magn. d. Benedictus (infic) voluit: sed contra hoc quòd voluit, in virtute Omnipotentis Dei ex femina pectore mi- raculum invenit. Nec mirum, quòd plus illo femina, qua fratrem videre cupie- bat, in eodem tempore valuit. Illa plus potuit, qua amplius amavit. Benedictum Solem oppositum vicit, quia flevit: fletus inundationem ex lachrymis excitavit; & procellam excitavit, quia plus dilexit. Quasi per saltum, ne plus iusto proroget- tur Didascalica, perstringenda testimonio. Sponsæ amoris sunt lachrymæ testes. Herm. Hugo lib. 1. Gemit. 8.

Duo flumina lumina sunt.
 Testis est lachryma flammæ: equidem haud maderet tener oculus, ni arderet vehementer pectus. Cognovit Magda- lena, ubi Sol Iusticia esset: & quia dile- xit multum, inundationem lachryma- ram elicit, & totum caelum commovit; ne Sol abiret. Elias totum facula ardebat & ex manibus eius aqua copiosè man- bat (vide Lyranum in 3. Reg. 18. 35.) qua quidem & pectoris ardore, posset in terram ex terra, moto caelo, posse- statem excitare. Astruitur excessus dile- ctionis, ubi fedit amor in sphaera cordis, ignis in fornace pectoris, & fletus su- vius in oculis. Visio pro Etheris exalta- tione est graphis præsentis articuli: igitur parvus fons (Hebr. Oculis) crevit in fluvium lachrymarum, & in lucem fulminum: unde ut Sol à favore non recederet; pro tempestate in aquas pluri- mas redundavit. Recondit ignem amo- ris Scholastica, qui cupiebat proflire ad extra. Iam non in pectore flamma, sed fulmina: & quia plus amando contra Benedictum potuit; figura tanti amoris in pluviam fedit. Contendebat cum Sole, cuius miraculum, si esset in quiete; cum natura ducat in continuum motum, ut lustret simul & illustret mundum, ut ma- gis luceret, Scholastica lachrymis obnu- bilavit. Haud cœli nubibus stetit immo- tus Benedictus. Miraculum fuit, quòd nubibus staret Sol. Lachrymis Schola- sticæ maius miraculum est: quan- doquidem potiore miraculi novitate, eduxit nubes ab extremo terra. Tona- re caelo sereno, fuit apud Ethnicos in- felicitaris suspicio. Vide Sueton. in Ti-

Herm. Hug. Luc. 7. 37. 38.

Eccl. 48. 1. Amore vi- cit, & fle- tus ab igne venit.

Eth. 10. 6.

Psal. 134. 7.

Ibid.

20, cap. 10. modò claret insigne potentis & prevalentis amoris, virtute mirabilis & admirabilis ignis: igitur quia Scholasti- ca plus ex amore valuit, in Benedictum sereno caelo detonuit.

Bugnot. Quid non vincit amor? Quid non suspiria
 stellant?
 En gemitus stellant sidera: vincit
 Amor.

16. Iam Luna vergit in occasum, ut mirabile esset in consummatione prodigi- um. Quæ visa Luna speciosa, volat columba. Apud Ægyptios Luna pingebatur alata: Per alas (inquit Pier. ubi supr. & lib. 1. cap. 26.) volucrum Lu- nae cursum. Cæsar Germanic. in Arat. Phenom.

Cæsar Ger. Clara etiam pernix caelo cum Luna
 resulget.

Alæ sunt insigne singulare columbæ: unde Seneca 2. de Ira, cap. 16. Adjuvat (inquit) columbam fuga: modòque ex- hibetur columbæ specie, quæ pridem pulchritudine Lunæ; ut constaret per vo- latum in caelum, in terra lunam consum- masse cursum. Ut Luna uti vidimus n. 2. plausa est Sponsa. Ibidem etiam plau- ditur & perfecta & columba. Una est columba mea, perfecta mea. Erat in cœ- lo huius terrestris orbis, ut splendore virtutum cursum completer vitalitatis. Non completus, tamen eximie fulge- ret, quousque in caelum iam perfectio- ne volaret: & quæ Luna non dicitur per- fecta, sed ut columba; quoniam per co- lombæ speciem, clarebat caelo, consum- masse perfectionem. Ut Luna Schola- stica moritur. Fallor: in vite occasu non extinguitur splendor. Luna non moritur, sed in aliud hemisphaerium transfertur. Per Lunam signatur defecti- bilis mundana; per Columbam, celestis ac beata vita: ait Alapid. in Cantic. 2. v. 10. sens. 2. & quæ rutilabat in vita Lu- na pulcherrima, columba resplendet & perfectissima; ut ex mutatione hiero- glyphici, eluceat quanta gloria in status mutatione: quandoquidem per columbæ cursum volucrum, indicatur habere vi- tam celestem. Exite obviam Sponso venienti, vox dirigitur ad virgines. Oc- currite ei in aëra: legit Interclinialis Glossa. Qui in terra habebat Sponsas, sollicit uti columbas, ut præstito vo- latu clareat virtutum perfectio: igitur si quod cursum iam volatus: claret con- summata virtus. Dum sunt in terra, ambulat, dum supra terram, volant;

Senec. Cant. 6. 8.

Alapid. Math. 25. 6

Interclin.

& Christo volantes occurrunt festinan- ter in aëra, quæ iam soluta à mortali ca- tena.

Purior haud aliter virgo secat aëra Bugnot; penna:
 In petra & requies hac statione
 placet.

17. Modò percipitur Sponsi vox ad gaudia aeterna Scholasticam columbam invitantis. Surge amica mea, speciosa mea, & veni. Columba mea in foraminibus petra, in caverna macerie: ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis & facies tua decora. Surge. Quid ergo? Iacebat? Nullo modo: alas habebat, sed volare ne- quibat: & dicit Columba, Surge, quippe volare valet soluta morte. Ligata erat malo navis corporis, vinculis defectibilis carnis. Amor sagittam electam misit, vincula secuit. Ingenti sonerunt omnia plausu, & in libertatem deduxit amoris vis, quia laqueus contritus est, Virgil. 5. Aneid. à v. 509.

Avem contingere ferro
 Non valuit: nodos & vincula lineæ
 rupit,
 Quis innexa pedem malo pendebat ab
 alto.
 Iam vacuo latam caelo specularat & Virgil; alis

Plaudentem, nigra fixit sub nube colum-
 bam.
 Decidit exanimis, vitamque reliquit in
 astris.

Sicine quæ columba carne exanimi fur- rexit: etenim volatu vitam inter astra col- locavit. Nequibat venire quæ amica per gratiam, atque perfecta per vitam; quia necdum in libertate: stumpsit pennas co- lombæ, & non solùm volavit sed requie- vit: igitur transfixa acutè sagitta amoris, vitam reliquit in astris.

Gandida candentes inter numeranda Balb; columbas;
 Nullo modo, nisi puritate pectoris, atque candore nitoris:
 Albaque tum visa est igni prodire co- Varan; lumba.

Alia specie, alio colore Scholastica ful- get, quippe speciosa, absque eo quòd intrinsecus laet. A Benedicto speciem, coloremque sumpsit. Modò ille aspi- ciat,

In Elyso nigra columba volat. Martial;
 In summam pudicitiam, Columbam ni- gram Ægyptij pingere commenti sunt. Nigram illam faciebant: Ita observat Pier;

Pier. Valer. Pier. Valer. lib. 22. cap. 1. additque cap. 2. *Que ad Noam olea virentis ramum ore gestat, fusca ponitur à Prophetis.* Non designatur in auri pallore, nec cuius ala argentata; sed columba nigra Scholastica; figurata vivide in columba Noëtica; & quia exivit illa post mortis universalis diluvium, & quia regressa in arcam regni celorum: potius, arbitror, quia quousque in foramen petre optate perveniret, non inveniebat in mundo, quò pes eius posset tuto requiescere. Canit Bagnot. ubi sup.

Genes. 3. 8. *Virgo columba viros refugit; nulloque reperto Nempe loco terris, quo requiescat, abit.*

Gab. Bug. *Purior haud aliter virgo fecit aëra pennà Quasitura petram, nam petra Christus erat. Nec mirum, si habitum sumpsit, pennasque columba, Haud secus ac vixit, debuit illa mori.*

18. Hastenus loc. cit. cap. 34. inquit: *Quam congrue qua instar columba vixerat in foraminibus petre, in caverna maceria, ad caelestem transvolat patriam! Unde congruentia? Inde à Benedicto cogitata gloria. Vidit (ait Gregor. cap. 34.) Eiusdem Sororis sue animam de corpore egressam, in columba specie cœli secreta penetrare: qui tanta eius glorie congaudent, &c. Gloria? Unde? Ex columbæ volantis specie? & validè. Semper fuit Scholastica in caverna maceria, quasi in petre foramine, clausura corporis sensuumque rigore. Extrà Scholasticam Benedictus frater videt lûre de Sororis gloria gaudet: etenim columba Scholastica vel in cella clausura, vel in gloria. Si in mundo, in caverna maceria: si in celo, in latere Christi.*

Virgo columbinà specie Nursina per aëthram

Hastien. *Migrat in Angelicos, fratre vidente, choros.*

Aliter cogito ex Berchorio lib. 7. *Re-dactor. cap. 17. Columba (inquit) pacis est nuncia, simplicitatis forma, naturà munda, pietatis amula, societatis amica, prole fecunda, semper timida, rarò secura, nisi quando est in foramine petre, ubi quiescit.* Foramen petre vulnus est lateris amantissimi Sponsi. Audita est columbæ vox, que suavis est; sed sonabat à longè, hauriente de coelis aëre.

Facies videnda, cuius vox audita: & dum in cœlum columba transvolat, surgit è saculo, ut quiescat; quippequam quæ candoris forma in veste nigra, corde munda, gratia speciosa, moribus pulcherrima, prole fecunda; uti columba timida nunquam in quiete, nisi inter astra collocata ad cor Sponsi.

19. Amoris nimij hieroglyphicum columba: hinc iuxta Alapid. in *Cantic. 4. 1. fens. 2.* ut Sponsæ amoris Amasius indicaret excessum, signat in illa oculos columbarum. Hinc etiam Spiritus-Sanctus in Christi baptisinate, de cœlo descendit in columbæ specie. Unde Tertulianus, de *Baptism. cap. 8.* inquit: *Columba figurà dilapsus in Dominum, ut natura Spiritus-Sancti declararetur.* Natura, idest, proprietaria characteristica Spiritus-Sancti, est *Amor summus.* D. Thom. 1. p. q. 36. art. 1. & non aliam nisi columbæ ostendit speciem; ut demonstrat in Christum summam amorem. Sese Spiritus-Sanctus declaravit, & etiam super quem tanquam columba descendit. *Ut manifestetur in Israël.* Quid in Salvatore, oculis patente, manifestandum? Columbæ signum, hoc est, amoris emblema, dum in Deo patebat oculis mortalis humana natura; obijciturque simul columbæ species, tanquam insigne hieroglyphicum amoris; ut indicaret unde Salvatoris vulnus, ex quo libenter est mortuus: equidem si morti propter homines offerretur; solo amore moriebat. Hoc quod erat occultum, Israël propensè manifestandum; Spiritu-Sancto in illum descendente in specie columbæ: igitur si Spiritus-Sanctus amor eximius, utpotè summus; columbæ aptatur nobilissima selecta figura, ut constet mortis Christi potissima causa: quippequam etiam in cruce, haud aliter quibat nisi summo amore mori.

20. Plura signa possent à celo exhiberi pro morte Scholasticæ purissimæ; sed Benedictus videt Sororis sue animam in columbæ specie cœli secreta penetrare. Species columbæ non tam ad signandam eius gloriam, quam mortis causam. Languebat in terris amore; & præ se fertur species columbæ; quia mori nequibat, nisi morbo quo languebat. Moritur, quo vita in cœlestia nutriebatur. Spiritus alebat, quo spiritum suffocabat: moriebat quo vivebat: columbæque species exhibetur signum

Amore summus deficit Scholastica vita.

Symbolum amoris eximij. Marc. 1. 10.

Currus Americæ à cyenis & columbis.

Tertull.

Ioana. 1. 33

Christus mortuus ex amore & pro amore.

Amore summus deficit Scholastica vita.

Scholastica mortis; quoniam si eximius amor præsignatur columba; præ nimio amore evolavit in aëthera. *Fortis est ut mors dilectio* cordi summo amore percussio. A Benedicto nesciebatur, quid de Sorore ageretur: videturque eius purissimam animam in columbæ pulchra specie; ut constaret simul Scholasticam mortuam, & quo vulnere. Currus Amoris trahebatur à cyenis & columbis. Chartar. in *Vener. fol. 342.* Perproprie utique: equidem si columba pro cantu gemit; cyenus dum moritur, canit. Altiùs pro Scholasticæ vita, verè quæ fabula: igitur si ante in mundum ingressum singulari gratiâ in cyenam dulciter minurizantem est conversa; in egressu ostenditur uti columba, ut per apertum empyrium curus Dei multiplex millia letantium. Patet,

Cur virgo generosa polum pernicibus alis, Bagnot. *Aëra per liquidum facta columba petit.*

Tres Luna stans signarunt Ægyptij, ut observat Pierius Valer. lib. 32. cap. 25. quæ quidem non semper Luna plena. Scholastica nascens, currens, moriens niter. Sicut Luna plena in diebus suis lucret, & velocitate cursus, & suavitate cantus, & promptitudine influxus. In gremio Magnæ-Marris erat totus gemmarum, metallorumque census: Ita Vincent. Chartar. in illa, fol. 139. Decus est aliquod falsis. Scholastica magna est mater Religionis: in eius gremio sunt census opulentia virtutum, atque thesauri gratiarum; sumpta forma à Benedicto Sole: quare in eclipticâ nostri mystici cœli, à quo accepimus lucem; videmus *Solem novum, Lunamque micantem.*

Bagnot.

Magna-Marris opulentia.

Castell.



TAU.